



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Proloqvvm De Difficvltate Et Necessitate Hvivs Tractationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

PROLOQVIVM
DE DIFFICVLTATE
ET NECESSITATE HVIVS
TRACTATIONIS.

Ordior arma, quibus, cœli super aurea templa,
Molitur solium supremo aquilone locare
Praua Dei soboles, patrio confidere regno
Quæ vetira: atque imis Erebi detrusa sub antris.
Gliscit atrox odijs animisq; furentibus iras
Nutrit, nec damnis hominum exsaturata quiescit.



PRORSVS ita est. nulla sunt inducia, pax nulla: vbi nec odij, nec in-
uidia modus aut finis vllus. hostium Dei superbia ascendit semper,
a augetur malitia, crudelitas inualefcit. amat sibi tribula metere,
dum nobis spinas serat: gaudet suas agere penas. & supplicia propria
exacerbare, dummodo in cruciatus æterni partem quam plurimos ho-
mines ascisciat, & diuina huic illudens imagini, pretioso CHRIS-
tiane sanguine dealbatam decoret, assert amq; in libertatem, pristina
mancipet seruituti, & Cadmeia plane victoria perdat pereundo, perq;
latius hostile in suamet ferrum viscera conuertat. Nihil sinit inausum,
nihil intentatum relinquit. Videt animum imbecillum pauidumq;, circuit vt leo, ac vim inten-
tat. nouit imperterritum, constantemq;, vulpem induit, exuuium ponit leoninum. Heu, quã
multi b partes vulpium sunt & fueret quot luctat or dolosus pellacys & rechinis irretitos sup-
plant aut? Mille nocendi artes habet, innumeris vititur telis. precipuum omni et ate de eadem
pharetra fuit illicium, quam curiosarum, tam superstitiosarum artium, quã multa, tam stulta
demorum comen: a mortaliu animos demerantia, qua cuncta Magiæ nomen ambitu suo
comprehendi. De qua discipulare, futurum nescio difficut. is sit maioris, an necessitatis. Etenim
vbiq; locorum grassante pracantricam & maleficorum colluue dirisima, medicinam facere ne-
cessarium, sed eandem facere inueterato & recrudescenti semper malo, difficile imprimis & la-
boriosum. Nam et si fuere conati quã plures, quid de Magicis scripsere: qua tamen illi hac de re
scriptu mandarunt, vel quod fidei & moribus obnoxia, e vetitãq; lectionis, repellenda; vel quod
per pauca & exilia, multiplicanda & augenda, vel quod obscure, sine methodo & parum firmè
tradita, luculentius & ordinatius proponenda; rariorib; & auctoritate testium melius sta-
bilienda fuere. Sanè, qui fibras omnes artium superstitiosarum vnus sit scrutatus & eruerit, ne-
minem me egere memini. Scripsere Philosophi, iuriconsulti, Theologi; sed suo quisque duntaxat
instituto, vt cum sua schola scitãq; vt cunq; satisfecerit, ceteris certe minus profuisse, minus con-
suluisse videatur. Equidem deb: torem me omnibus agnosco, & in his tribus facultatibus longo
tempore versatum, si dicam, nec mentiar, quia verum dicam, nec gloriabor, quia profectum mihi
non arrego, cultur am profiteor & operam, de fructu iudicium alijs permitto. Conatus aliq; d
progradi, & hoc opere commune tribus scientijs stadium ingredi quod viderem trium commu-
nem, non n: us peculiarem, huc fundum atq; hereditatem. Quare (quod neglectum, vel minus

a Psal. 73.
in fin.

b Psal. 61.
in fin.

c Cornelij
Agrippæ
Petri de A
bono, Pi-
carricis
Hisp. Aa-
selmi Par-
mens. 2.
Ioan. Bo-
dini, Ioan
Wieri.
Georg.
Gedelmã-
ni & sim.
Iem Tri-
cheinij
Stegano-
graphi. &
Peuereri
Erasti, da-
nari &c.

ab alijs animaduersum) superstitiosarum artium fundamenta diligenter inuestigauit, & ex scitis humana diuinisq; sapientia neruosius quam prolixius sabruenda suscepit: ignarus esse Christiani hominis fallacia has non ignorare, & spiritalia nequitiae (vt ait Tertullian.) non quidem locia conscientia, sed inimica scientia nosse, nec inuitatoria operatione, sed expugnatia dominatione tractare, multiformem luem mentis humanae totius erroris artificem, salutis pariter animaeque vastatorem: Nec in speciem adfinxi quidquam, quod reflexerem, sed ex ipsorum vanitatis ac perfidia magistrorum arcanis & mysticis, ipsa ab incunabulis crepundia deliriorum de libris obscurissimis deprompta, in lucem extuli: deinde in re, vt diffusissima, ita & minutissima, ad artem, rationemq; reuocanda, non minimum laboris posui, & nisi fallor, non incommoda methodo digessi, vt huc illuc lacera & dissecta membra in vnum quasi corpus coalescerent: denique, vt à quouis facile intelligantur, plano & dilucido, quasi vtimur in scholis, stylo, in lucem publicam typis mandauit. Quod vt facerem, licet bene multorum, qui stagitabant, desideria nonnihil excitarent, longe tamen fortius impulit lues quam obscura, tam proferpens, veneficorum & incantatorum: qua hoc nouissimo saeculo se per omnem in dies Europam longius ac latius diffundit. Vt iure quam optime liceat ingerere auribus mentibusq; illud sonora & inuicta Ecclesia petra. a Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quaerens quem deuoret: Nec non eandem in sententiam alia Gentium Apostoli, b. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non (tantum) est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem (aduersus homines, qui carne constant & sanguine, ac proinde fragiles ac caduci, facile lassantur ac vincuntur sed (praeipue) aduersus principes & potestates (videlicet) aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus: hoc est contra naturas non corporeas, sed spirituales, longe vt potentiores, sic & vastiores hominibus, & quarum habitatio non in lateis hisce domibus, sed in sublimi, & aëris regionibus. Reuera non cum anilibus deliramentis, aut idiotarum insomnijs, quod quidam dicitur ant depugnandum, sed cum ipsis demonibus, quorum ope, consilio magi vtuntur, quod ratio & experientia docet, nobis nunc manus conferenda. Hi se de tot animarum, quas subiecerunt, possessione deturbari, & ab illaqueandis alijs, quas spe deuorauerunt, ratione & iure, velut armata manu, depelli, tulerunt semper iniquo animo nunc eo ferunt molestius, quod, cum instante vltima die Lucifer soluentis, multo sitiant avidius suam explere ingenus humanum crudelitatem. Si quis superioris aui Annales non indiligenter euoluat, statim comperiet, nunquam tot, vbiq; prouinciarum: examina maleficorum deprehensa, quor se hodierna die iudicibus, vel leuem aliquam quaerendi curam adhibentibus, offerunt, & a non quaerentibus etiam reperiuntur. Quid mirum, exundare perfidiam, vera fide exarescentem? Sunt quidem alia quoque peccata mortaliū, diuini huius flagelli causa: sed pestilitatis partem maximam sibi vendicat, languor quidam & contemptus Catholicae fidei. Fides enim vna maxime est virtus: qua cuncta diaboli consilia, studia, conatus, viresque omnes refringuntur. hanc horret, hanc refugit, cum hac metuit, compulsa. Sapienter ideo B. Petrus eam rugienti, velut panopliam, vt obiciamus, admonet: cui resistite (inquiens fortes in fide. Consentit inuictus athleta Paulus collega suo, quando spondet nos in omnibus (hoc est in primis & super omnia) Scuto fidei omnia teli nequissimi ignea exstincturos. d. Confirmat experientia, siue praeteriti, siue praesentis temporis, semper acrius & petulantius Tartareas acies hominibus insultasse, quotiescumque fidei diminutio vel deprauatio aliqua viguit. Ante salutarem Christi Domini aduentum idololatria totum pene orbem occupabat: nonne demonum vbiq; cum multitudo maximam partem in simulacris loquebatur, & cœtus hominum frequenter inuisebat, & in virorum facinarumque specie conspiciendam se se praebat: nato tandem Iesu, quibus

a 1. Petr. 5
vers. 8
b ad Eph.
6. vers. 12.

c sup. c. 5
d d. cap. 6
vers. 15

locis fides nondum annunciat a peñtis eadem idololatriam comitatur, & veneficiis referta sca-
tent omnia, vt locupletes sunt testes noſtrorum ſociorum de rebus Indiciſ epifto-
la, & hifto-
riæ: quibus vero regionibus ſemel recepta Euangelij prædicatio refrixit, vel varijs errorũ maculis obſo-
leuit, vel ab hærefibus oppreſſa penitus elanguit, vt in Africa & Aſia inter Mahumetanos: in Ger-
mania, Gallia, & Britannia inter hæreticos, in Italia & alijs locis inter Catholicos planè lan-
guidos, quos Politicos vocant: iſdem quoque in locis Magica ſuperſtitio nimis inualuit. Sic agros
olim tritici mirè feraces, cicuta, & aconitum, & alia venena tererrima contaminarunt. Hære-
ſibus profectò vt vmbra corpori ſic Magicam ſpurcitiem ancillari, adeo manifeſtum eſt, vt pro-
tertia ſit negare. Præcipui olim hæretici etiam Magi fuerunt. ab his artibus Princeps hæreticorum
cognomen adeptus fuit, Samaritanus ille Simon Magus. e De Carpocrate, Menandro, Marco,
Euphrate, Ophitis, Seuophianiſ eorumq; diagraphmate de ſ Prifcilliano, g & Berengario h fidem
faciunt grauiſſimi & veraciſſimi ſcriptores. Vt enim, quæ de Simone Clemens fuſiſſimè prodidit,
prætermittam; quæ de hoc & ſucceſſore ſimul, Iuſtinus Martyr eorum conterraneus tradidit, ad-
ſcribanis i in hac ſententiam: Simonem, inquit quendam Samaritam ortum de Gitta
oppido, qui ſub Claudio Cæſare ſubnixus ope dæmonum, & fretus Magicis artibus,
in hac vrbe Regia, Deus eſt habitus, & quaſi Deus honoratus, ſtatua poſita in Tiberi
inter duos pontes eſt, cum hoc Latino titulo, SIMONI DEO SANCTO, &c. De-
inde: Menandrum etiam æquè Samaritam huius Simonis diſcipulum, inſtructum vi-
ribus dæmoniæ, & profectum Antiochia, multos arte Magica decepiſſe cognoui-
mus. D. autem Irenæus a de Marco ſic breuiter: Marcus Magicæ impoſturæ peritiſſi-
mus, per quam & viros multos, & non paucas ſcæminas ſeducens, ad ſe conuertit, &c.
Mox, Anaxilai enim ludicra, cum nequitia eorum qui dicuntur Magi, commiſcens,
per hæc virtutes perficere putatur apud eos, qui ſenſum non habent, & à mente ſua
exceſſerunt. In quibus ſubiungit Irenæus nonnullas hæretici huius præſtigias, vinum album in ru-
brum mutare; non ipſum modò, ſed & alios per ipſum, Paredri dæmonis opera vati-
cinari, & huiusmodi alia. De diſcipulis Carpocratiſ ſic Epiphanius: Magia apud ipſos (ait)
excogitata eſt, incantationeſque diuerſas ad omnem machinationem inuenerunt, ad
amorem & ad illectamenta. Quin & Paredros dæmones ſibi ipſis attrahunt, ad hoc
vt per multas præſtigias in magna potestate, omnibus dominantur quibus velint, &
vt vnus quiſque quamcunq; actionem aggredi audeat. Nimirum ſe ipſos decipien-
tes ad perfectionem occæcatæ mentis ipſorum.] Prifcillianum, qui Gnoſticorum veſaniam
in Hiſpaniaſ intulit, Marci Aegyptij diſcipulus (qui Magus fuit) imbutum, Seuerus ſcribit gemi-
no iudicio auditum conuictumq; maleficij, nec diffidentem obſcænis ſe ſtuduiſſe
doctrinis.] D. Hieronymus, b Prifcillianum (ait) Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum & ex
Mago Epifcopum.] idem Seuerus Sulpitius, in vita S. Martini, ralem quendam memorat
Anatolium. narrat etiam eodem tempore in Hiſpaniaſ quendam fuiſſe iuuenem, qui falſis freius
miraculis ſe primò Eliam, poſtea CHRISTVM eſſe ſit profeſſus, in quo etiam Rufo Epifcopo
ſic illuſerit, vt quaſi Dominum adoraret: eodem tempore, in oriente quendam exiſtiſſe, qui ſe
Ioannè eſſe iactitaret. Magi & hi hæretici. Ma. homerus hæreticus fuit, ſed & Magus teſte Zo-
nara tom. 3. & Paulo Diacono lib. 18. hiſt. Gallorum Hiſtorici tres nobis Pſeudochriſtos hæ-
reticos depingunt, & magicis præſtigijs excelluiſſe addunt: nec mirum Antechriſti ante ambulo-
nes miracula ſimulaſſe. Vnus Bituricensis fuit, alter Burdegalenſis, de vtroque legendus
Gregor. Turonenſ. de priore lib. 12. hiſt. de poſteriore lib. 9. Tertius Eun vocabatur, na-
tione Britanniſ, de quo mirifica referunt Robertus in Chronico, & Guilhel. Neubrigienſis
lib. 1. rerum Britan. cap. 91. Nec diſimilis in Hiſpania diœceſi Conchenſi fuit quidam Gendiſ-

e Clemēs
Roman⁹
lib. 2. re-
cognit
ſtlen. l. 1.
c. 21. 24.
Eufeb. l. 2
Hiſt. c. l.
20. Epip.
hæ. 27
g Seuer.
Sulpit in
ſac. hiſt.
lib. 2
b Nangia
in Chron.
i Apolo. 2
a d. l. 2. c. 8

b Epif. ad
Creliphō-
tem con-
tra Pelag.

salutis tempore Innocentij VI. qui damone visibiliter apparente & docente librum dictavit, quem vocabat VIRGINALEM, in quo se Dei filium ab aeterno genitum, immortalem, mundi conuerforem, & damnatorum omnium Saluatorem profitebatur: qui Nicol. Eymérico Barchinonensis una cum discipulo & scriptore libri Nicol. Calabro publice pœne perfidia dedit. vide Bernard. Luxemb. in Catal. litt. G. & litt. N. In Asia vero Sergius ille doctor hæresis Armenica, & institutor ieiunij Artziburtzi, de quo ex Damascano Euthymio p. 2. Panoplia tit. 20. huic Paredrius erat demon caminus comes, vt Agrippa. Ad Berengarium quod attinet, Sacramentariorum Principem, Nangiaci historiam, qui volet, legat, liber ad manum mihi non est, vt verbare presentem. Et quid opus magna semper hæreticis cum magis commercia, vt notauit Tertullianus Prescriptione adu. heret. c. & lib. de anima d. priore loco hæc habet: Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quam plurimis, cum circulatoribus, cum Astrologis, cum Philosophis, curiositati scilicet deditis. Quærite, & inuenietis, vbique meminerunt. [posterior e vero Magiam vocat hæreticarum opinionum auctricem.] Merito non enim confirmat modo hæreticorum deliria, sed & veteribus adiungit noua, nouasq; scholas aperit curiositati. Legimus, post Sarracenicam per Hispanias illuionem, tantum inuoluisse Magicam, vt cum litterarum bonarum omnium, summa ibi esset inopia & ignoratio sola ferme demoniaca artes palam Toleti, Hispali, & Salmatica docerentur. In hac quidem ciuitate, bonarum nunc artium matre, cum illic degerem, ostensa mihi fuit crypta profundissima gymnasiij nefandi vestigijs, quam virilis animi mulier Isabella Regina, Ferdinandi Catholici vxor, vix ante annos centum cæmentis saxuq; iusserat obruari. Inuaserunt prius Bohemiam Hussita, postea Germaniam Lutherani: illos quanta maleficorū vis fuerit subsecuta Sprengerus & Niderus, e hæretica prauitatis quæsitores, docuerunt: hi vero, quos Sagarum teorrentes in Aquilonarem tralium infuderint norunt: qui hoc frigore Arctoo quasi gelati, me tu torperunt. Vix enim illis in locis quidquam innocuum vel immune ab his sub humana specie feris, dicā nescio, an demonib. Pleriq; qui a arte profectiones nō in eculeo modo, sed post quæstiones quoq; Treurenensi in ditione, confitebantur iudicib. se hac labe primum imbutos, quo tempore tetrum illud, & Tartareum Lutheranismi fulcrum, ipse quoq; Magica nomine famosus, Albertus Brandeburgicus, prouinciam illam flamma ferroq; præ abundus vastabat. Quotquot in alpinas regiones vicinas Heluetijs incolunt, raras illic feminas maleficij expertes, plerasq; crimine vno nobiles uorunt: nec alia verior aut promptior occurrit, causa quam quod, in hanc vsq; horam VValdensium reliquis nefaria, illic, vt in spelæis, eccultata hæserunt. Nihil per Angliam, Scotiā, Fræciam, Belgium hanc pestem celerius & vberius propagauit, quam dira Calumniam lues. Antea paucis in locis, de non multis & vilibus tantum incertus rumor spargebatur, nunc cum ipsa hæres, vt cum febris furor plurimos passim & palam nobilitate, eruditione, diuinijs & dignitate claros inuast. Sic Behemoth insaturabilis epoto iam pelago sperat, quod Iordanis influet in os eius, a electoque pastus, cibo ipsam Domini sortem deuastabit. Quid? quod Danaus Calumnianus minister strigum sonuentum Genæe ordinarij esse prope summam adem, & in ea vi. be. spacio trium mensium plusquam quingentas personas iudicum sententia morte punitas narrat? lege Crespetum de odio satanæ l. i. dilcursu 15. Causas autem mihi perquirenti, cui hæresim comitetur assidue Magica, commodum occurrere, quas meus quondam Doctor Io. Maldonatius Societatis Iesu Presbyter, vir doctus iuxta & sanctus, disertissime prodidit, cū de demonib. publice Lutetia Parisiorum profiteretur: ille causas commemorabat quinq; his verbis: Prima causa est, quod demones in hæreticis, vt olim in idolis, habeant domicilium. Recte enim solet Hieronymus dicere, diabolū cum idola, in quib. habitabat ante, disiecta vidisset, peiora idola in hæreticorū animis ex ipsis diuinis litteris fabricasse. Casianus grauis & antiquus

auctor

cap. 43.
cum seq.
l. cap. 17.

in Mal-
eo male-
& in For-
micario.]

a Iob. 40.
v. 18. Ha-
bac. i. v.
16.

auētor Coll. 7. c. 32. affirmat se demonem audiuisse confitentem, se per Arium & Eunomium impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. Quare necesse est, ut: quemadmodum finito bello milites per omnes partes diffusi pradones sunt, omnesque vias obsident: ita demones, inclinati aut abolitis heresibus, quae ante vigeant, quasi euerfis templis in quibus colebantur, nouas in altis hominibus sepes querant. Solent enim demones, cum ex homine in quo erant egredi coguntur, facere: quod si faciunt, qui obsidione fatigati, coguntur arcem tradere, quam tenebant. Perunt enim conditionis loco, ut sibi liceat se in alium locum recipere: quod exemplo illius legionis intelligimus, quae à Christo petiuit, ut sineret se porcos occupare.

Secunda causa est quod omnis heresis initio violenta est prorsus & vehemens: sed stare in eodem gradu non potest. quia, prae terquam quod id diuina providentia non patitur, natura quoque ipsa ita se habet, ut non possit error diuinitatē imitari. Quare oēm heresim necesse est, nisi ad eam religionem, unde egressa est, mature reuertatur, aut in magicas artes, aut in extremā aethesim impietatem degenerare. Cum enim dua sint potissimum causa, quibus heretici homines efficiuntur: altera superbia lasciuientis ingenij, nihilq; credentis, nisi quod oculis cernat altera curiositas quadam inueterans & studium nouitatis: sit omnino necessario, ut qui superbia heretici facti sunt, cum, quam primae inuentionis ardore in ea secta, quam nimis subito amplexi lucem esse iudicabant: eodem ardore frigescente, tenebras esse compertiant, desperatione alibi inuenienda veritatis, prorsus nihil credant: & quos in heresim curiositas impulerat: cum ea qua principio noua esse videbantur, paululum inueterauerint, eadem curiositate & ad inuendam cum demonibus familiaritatem, & ad discendas exercendasque demonum artes impellantur.

Tertia causa, quod ita videatur esse natura comparatum, ut quemadmodum famem pestilentia sequitur, ita heresim varia curiosarum artium genera sequantur. Nam & heresis famem quadam esse verbi Dei. Amos. 8. Etenim ut in annonae caritate homines coguntur cibis uti non salutaribus, unde fit, ut corruptis humoribus signatur pestis: ita heresi vigente, dum homines corruptis scripturae sensibus utuntur, ad Magicas tandem artes deueniunt, quae quasi animi morbi sunt.

Quarta causa, quod soleant demones hereticis uti ad fallendos homines, quasi formosis meretricibus. Nam heresim in scriptura meretricem appellari manifestum est. Isa. 1. Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis? Quare quemadmodum lenones, quando scorti forma defloruit, ex scorto lenam faciunt: ita demones, cum prima heresis species ita perijt, ut minus homines in errorem pelliciantur: ex hereticis, Magos faciunt.

Quinta causa est, ut opinor, negligentia eorum qui regunt Ecclesiam. Nam quemadmodum in incultis agris locustae agni solent: ita, ex inopia verbi Dei, gignuntur praestigiosa artes. Nam & locusta in scriptura demones significat Apoc. 9. Itaq; videtur etiā in hoc tēpore conuenire, quod ait Ios. 1. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum comedit locusta comedit bruchus. Nam quod hereticis reliquum fecerant, malefici demonum arte populantur, & quod malefici relinquunt athei perdunt. Hac non minus acure, quam vere Pater Maldonatus.

Atque utinam non in oculos ea nobis incurrerent. Vidimus olim florentes Belgae, Geusios Calvinismo, Lutherismo, & Anabaptismo erucarum instar cuncta depascentes. Vidimus hos tres immundos spiritus, de draconis ore, & de ore bestiae, & ore Pleudoprophetæ exeuntes, a Videmus illis iam marcentibus, & ipsa tēporis diuinitate ferme exspirantibus, varia locustarum sortiarum examina totū Septentrionē depopulantia. Vidimus parte alia sic crescere numerū atheorum siue politicorum: ut, cum tam pauci supersint feruentes & veri Catholici, ipsa paucitate plane nulli queant videri. Hereticis illis, de SOCIETATE nostra multi se stre-

Apoc. 16
v. 15.

b Turri-
nus, Bel-
larmainus,
Buzeus,
Canisius,
Costerus,
Tyrus,
Valencia,
Molina,
Zuarez,
Fonseca,
Pererius,
Vasquius,
Serarius,
Poffeu-
nus, Mal-
donatus,
Gretferus
alij.

nue opposuerunt, & eorum rabiem praclare scriptis libris infregerunt. b Atheos quoque Theo-
logi & Philosophi nostri, non semel, hydra lerneae instar repullulantibus capitibus, igneo verita-
ti gladio refecantes profligarunt. Locustas haec, quas illi praetermissere, vel obiter & leuiter
santum veritati cum illis fuere, nunc mihi ex professo, disputationis ventilabro dispel-
lendas, & veritatis caritatisque, velut chalybeo speculo, vitulendas delegi, non virum vlla mea-
rum fiducia, sed supremi Numinis auxilio praesumpto. Illud enim, pro cuius honore & gloria hoc
certamen suscepi, suum vti spero pugilem non deseret. Age, o vera & aeterna SAPIENTIA,
cuius nomen perfidi Magi abnegarunt: iuuua & tuere. Tu, o VIRGO SACRATISSIMA,
quam praecelitis cunctis depreciant & despuunt: clientem tuum pro tege, & faue pugnanti.
Tu, o sancte MICHAEL cum aetheris quibus praes legionibus, qui Luciferum cum socijs re-
bellionis, calo derurbasti, & in abyssi profundum compulisti, auxiliare in arenam descendenti.
Vosque Superi omnes, Beata anima, hanc infernorum spirituum tyrannidem r. primite, & a fra-
trum vestrorum mentibus durissimam pestem auertite, & saepe triumphatas furorum ac tetro-
rum cacodemonum acies, vti soletis: cadite, sternite, profligate. Vestris fretu suggestiombus atq;
suppetijs, quodque mihi lectoribusque vertat bene; si prius de superstitione ipsa nonnulla ad se-
quentium intelligentiam clariorem necessaria delibero, rem aggredior.

